

Obit:

Responsio Posturae ac

Q. M. II. 125.


A. Q. Academia III. q. filiali  
in urbe (vel in urbe  
collegii - congrua)

RESPONSIO  
Pastorum ac Mini-  
STRORVM ECCLESIA RV M  
IN TRANSYLVANIA, QVAE VNVM  
Deum Patrem Christi, & Iesum Chri-  
stum filium Dei crucifixum,  
vnumq; amborum  
Spiritus con-  
fitentur.




*Pauli Bonae de H. Annis. 1757.*

MELIANAS PROPOSITIO-  
nes, Disputationi Czengeriana destina-  
tas, quibus Deus Antichristi, Et Fi-  
lius ille commentitius cum  
extrauagante Spiritu  
defenditur.



*Sardi Samuel utodaitol  
1888.*



CLAVDIOPOLI.

ANNO  

---

1570.

*Passionis v. minimis  
in rem...*

VIRIS REVERENDIS, ERVDI-  
TIONE ET VIRTUTE PRÆSTANTIBVS  
pastoribus & Ministris Ecclesiarum in  
Hungaria. Dominis ac fratribus  
nostris obseruandis.

**Q**uibus Coloribus Apostolus Paulus in secun-  
da ad Timotheum, Epistola cap. 3. depingat eos,  
qui rixis & odiosis contentionibus Veritati Vi-  
am sternere Videri cupiunt, pietatis interim nomen  
præ se ferentes, notum est his, qui in scripturarum  
lectione uersantur, omnibus. Huiusmodi enim no-  
tas illis inussit ut uel procul cōspecti, quin agnosca-  
tur, euitare nulla ratione possint, nisi ea esset mundi  
insania, ut sciens & volens decipi Sæpe nō recuset,  
ac eos etiam non satis caueat, quos fænum in cornu  
gestare, ut dici solet, omniq; fraudis & insidiarum  
genere armatos esse non ignorat. Quam vecordiam  
iusta sapissime Ultio Dei solet consequi, qui ef-  
ficaciam erroris mittens, pseudoapostolorum libidi-  
ni diuexandos tradit homines, idq; sine sensu eti-  
am mali, quo deploratius morbi genus nullum un-  
quam repertum est. Verum ea contemti Euangelij  
& ingratitude, ut diximus, pæna esse consuevit.  
Etsi autem in tempora incidimus exulceratissima,  
adeo, ut quocunq; circumferas oculos, plurimos ue-  
prehensurus sis passim, in quibus eorum aut nihil,  
aut minimum desideres, quæ Impostoribus illis A-  
postolus tribuit: Tamen Christianæ est modestiæ  
in meliorem partem inclinare potius, quam ut, non  
sine acerbitate Verborum, qui malitiose fortasse nō  
errant, præcipitanter damnemus. Atqui insana quo  
A 2 rundam


Y  
rundam temeritas efferatior est planè, quàm ut dis-  
simulari, impudentior, quam ut contemni, nocenti-  
or denicq̃ quàm ut non retundi omni conatu debe-  
at. In quo grege adeo principem locum tenet Pe-  
trus Melius, ut ex maledicentia quæsiuisse laudem  
de industria, ad eamq̃ cōsequendam nihil studiū &  
operæ sibi reliqui fecisse non iniuria uideri possit.  
Quid enim intentatum omisit ille? In quas formas  
se non uertit hæctenus, ut cum vitam nostram, tum  
præcipuè Euangelium Christi labe aspergeret eius-  
modi, quam nulla unquam temporis diuturnitas,  
nec ipse etiam Oceanus elueret? Verum non ita  
formidabilis nobis illius est acerbitas, ut propterea  
stationē deserere, aut rectum clauum omittere de-  
beamus: Vobis quam sit honorificum, vestro ipsum  
nomine abuti, quem Varadini publice repudiaba-  
tis, illiusq̃ culpa Ecclesias vestras in dies peius au-  
dire, ipsi rectius iudicabit, quibus nec eruditionē,  
ad inquirendam doctrinæ veritatē, nec ingeniū ad  
intelligenda ea, quæ nunc monemus, deesse satis  
scimus, Istud interim non dissimulantes, rectius uos  
nostro quidem facturos iudicio, si uestram cum ipso  
coniunctam esse causam passi non fueritis. Quan-  
quam autem non ignoramus, frustra omnem à no-  
bis sumi operam, & laterem, quod aiunt, lauari pla-  
nissime, cum ad placidam de doctrina collationem,  
studium omne & diligentiam, pro eo ac postulatis,  
conferimus: eò quod plures inter uos quoq̃ sint,  
quibus Victoria multò sit potior, quam veritas, in-  
genium quam pietas: tamen cum didicerimus, ali-  
quid ad nostras Ecclesias ex istis disceptationibus  
utilitatis redire: tantum abest ut intermitti eas cu-  
piamus, ut ultro Vos cohortemur etiam, ad id, quod  
facitis,

facitis, crebro & diligenter faciendum, ac oremus  
Deum, ut alijs quoq̃, Veritati aduersantibus, eam  
mentē dare dignetur, optima spe freti, futurum, ut  
collatio sententiarum, absurditatem Vestrae doctri-  
nae, caelestis uero huius puritatem & synceritatem,  
auditoribus detegat & ostēdat. Quare nobis bene-  
ficium dederitis, si ignem gladio iterum atq̃ iterum  
fodere non cessaueritis. Ad istam uero nuper à Vo-  
bis institutam Diatriben, si uellemus maxime profi-  
cisci, tamen integrum nobis non foret. Cum enim  
sciatis, Serenissimi Principis nostri uoluntatem e-  
am esse, ut extra Regni Vngariae fines disputandi  
caussa non egrediamur, id quod peracta Varadien-  
si disputatione, publice significauit: Videritis ipsi  
cuius modestiae sit, nos istuc euocare: Nos certē, cur  
temere, mandatum ipsius contemnere debeamus  
causam nullam omninō uideamus. Ne tamen, ut  
sumus in eiusmodi dissensionibus facile omnes su-  
spicaces, tergiuersationem nobis obiectare possitis  
quo primum tempore, poterimus prout vos tem-  
pestiue certiores reddemus, disputationem itidem  
uobis offeremus, Id quod nunc in Hungaria cha-  
rissimum fratrem nostrum D. Stephanum Basiliū  
etiam fecisse audimus, ad quam si animos Christia-  
nis hominibus dignos, studium Veritatis & gloriae  
Dei potius, quā cōtentiones et odia attuleritis, et  
uobis honorificum erit, & nobis uehementer gratū  
Quantum quidem fieri poterit, in eo toti erimus, ne  
modestiam & mansuetudinem merito desiderare  
possitis: nec dubitamus, Clementissimum Princi-  
pem nostrū, pro illustri pietate sua, colloquio etiam  
adfuturum. Caeterum illud nobis subit mirari, qua  
fronte D. Carolus & Cegledius vnā cum Melio,  
A 3 cum ad

cum ad multa nostra scripta nihil responderint, de  
 suis tamen editis libellis, in quibus gravitatem &  
 sobrietatem boni omnes requirunt, triumphum ca-  
 nere audent, non aliter, ac si debellatum sit, cui rei ar-  
 gumento esse uolunt, nostrum, quod hactenus  
 præstamus, silentium, Equidem iudicabamus, ex e-  
 ditis à nobis libellis, de nostra sententia lectorem sa-  
 tis esse certum, ut non sit necesse quotidie ad Cram-  
 ben redire. Verum cum videamus, eos, nisi cicadam  
 ala corripuerint, responsum efflagitare non cessatu-  
 ros, dabitur opera, ut quam se sine puluere & sang-  
 uine ad secutos gloriantur uictoriam, eam è mani-  
 bus extortam esse cum rubore paulo post fateri  
 cogantur.

Dominus Vos omnes sana Iesu Christi cognitione  
 illustrare dignetur.

Ministri Christi Crucifixi in Transyluania,



SVMMA CONFESSI-  
ONIS VERAÆ DE DEO ET ALIIS  
articulis ab Hæreticis, & Antichristis op-  
pugnatis, disputandæ in Czen-  
ger & Miskotz.

PETRVS MELIVS DE  
Horhi Et Seniores Ec-  
clesiæ, &c.

DE VNO DEO PROPOSITIO. I.

**D**Eum vnum solum, verum, creatorem omnium  
& conseruatorem, adorandum, extra quem, ante quem alius Deus lebo-  
ua, creator & saluator non fuit, ex uerbo Dei docemus eum esse, quem  
in hebreâ lingua Spiritus s. Iah, Iehouah, Elohim, El, & Schaddai  
uocat.

2. Hic unus, solus, uerus, creator, conseruator, adorandus Deus est,  
Iehouah, Elohim, hoc est, tres in cælo testes, secuudum Iohannis exposi-  
tionem: Pater, sermo, Spiritus. Nam semper scriptura Iehouam Elohim  
quoties explicat, ad Patrem, ad Filium & Spiritum sanctum refert De-  
testanda enim esset blasphemia, uocem Elohim, & alia, que pluraliter  
de Deo Iehoua dicta sunt, ad plures Deos uel idola referre. Ut ergo,  
ad tres testes in una Dei forma, in Iehoua uno, ad Patrem, Filium &  
Spiritum sanctum referantur oportet.

3. Sicut condemnat Spiritus s. eos, qui ex uno Deo plures Deos,  
aut ex tribus testibus in una Dei forma, qui sunt unum, Patre, Loge,  
Spir. s. Vel ex his, que pluraliter de uno Deo, propter distinctas trium  
testium proprietates dicuntur, tres Deos impie fingunt: Ita exitio æ-  
terno Sabellianos & Antichristos ira Dei deuouet, qui Vnum Deum  
Iehouam Elohim, tres testes, Deum, qui dicit, Faciamus, Descendamus,  
Quis ibit nobis? Dij sancti ipse, Verba Deorum Viuentium peruertis-  
tis, ad Vnum

8  
tis ad Vnum solum Patrem referunt, eumq; tantum Deum Iehouam,  
aeternum, infinitum, creatorem, conseruatorem & adorandum iugan-  
tur. Nam sic omnia oracula de tribus testibus falsa erunt: & idola ex  
Patre & Filio fabricant.

4. Dominum nostrum Iesum Christum, docemus filium Dauidis es-  
se iuxta carnem, Sed eundem Dominum Iesum Christum, Filium Dei  
Unigenitum, à Patre ante omnem creaturam, ante omnia Dei opera,  
Qui declaratus est Dei filius esse per potentiam miraculorum & ple-  
nitudinem deitatis, Vt Acta Apostolorum, & Euangelista tes-  
tantur.

5. Ideo autem Christum filium Dei à Patre Unigenitum, tanquam  
splendorem gloriae, characterem substantiae, & imaginem de forma pa-  
tris, & sermonem, sapientiam ex ore patris, filium Dei Verum & homi-  
nis asserimus, ut fieret verus Melchisedech, iustitiae et misericordiae tem-  
peramentum fieret hoc modo, ut moriendo in carne iusticia, resurgen-  
do ac immortalitate misericordiae Dei satisfaceret: & sic gloria Dei  
magnificatum, in caelis & in terris pax fieret hominibus.

6. Sicut inique errant illi heretici, qui hominem Christum de  
caelo deducunt, & negant ex utero matris, sine viri semine, sine Patre  
genitum ex matre Virgine, uere & realiter: Ita inique & contra  
Deum peccant, qui Christum negant de uentre aurorae, ex hypostas-  
is eius gloria, uel ore patris, unigenitum sermonem, characterem, sa-  
pientiam, splendorem, ex sinu patris exeuntem, genitum, & ueniens in  
mundum, panem caelestem, Iehouam à Iehoua, genitum & missum,  
Deum de Deo, lucem de lumine, ex patre sine matre, sine genealogia,  
sine dierum principio, hodie natum & ab aeterno, ante omnia Dei  
opera, Sed Deum & filium Dei factum esse in terris à Spiritu sancto,  
per conceptionem & unctionem: Cum nulla sit litera, que doceat, Chri-  
stum Deum, & filium Dei aeternum, à Patre Unigenitum ideo factum  
esse, quia à Spiritu sancto conceptus sit, Manifeste enim dictum est,  
Szar Nechar, hoc est, Deum recentem, factum, nouum, qui coepit post  
me, non fuit ab aeterno, Non fecit omnia, Non adores, Sed pereant Dij  
illi, Christus autem patre teste, Esa 43. 44. sicut non fuit ante patrem,  
Ita non coepit post patrem in mundo: sed in patre, cum patre, & apud  
Deum fuit sermo Deus, filius Dei, Vita aeterna, & sapientia apud patrem  
fuit ab aeterno, & apparuit in terris. Deum ergo dicimus & Ieho-  
uam Christum

nam Christum propter eadem elogia & opera, propter quae pater est Iehoua. Nam Christus, Esai. 35. 49. 42. 43. 44. 45. & Ioan. 3. 5. 6. 8. 10. 14. 15. 16. 17. Propter easdem rationes se Deum cum patre facit.

7. Spiritus quoque sanctus Adonai Iehoua est, Deus aeternus, magnus, infinitus, creator, conseruator, omnipotens, adorandus cum patre & Filio. Hereticè errant igitur, qui Spiritum sanctum vnum & solum Deum cum patre negant, cum eadem elogia vnius & solius Dei Spiritui quoque, s. tribuantur, quae & patri, Cum dicitur Adonai, Iehoua Deus, omnium scrutator cordium & secretorum Dei, futura praedicens, propria & libera voluntate sua dona distribuens 1. Cor. 12. Si verum & dignum est patris & Filij deitatem voce Spiritus confirmari, iustum & dignum est eodem praedicatione & elogio de Spiritu sancto comuniter, & proprie praedicatione confirmari. De similibus enim idem est iudicium.

8. Heretici sunt, Deo & nature contrarij, qui coccillant, quoties de Deo praedicator, Quod sit vnius, solus, & idem vnus solus Iehoua, Elohim sint tres testes in caelo, Contradictiones esse. Nam quae de vno & eodem diuersis respectibus dicuntur, non sunt contradictiones: In Ioanne est vnitas, Est & dualitas, anime & corporis, Non tamen sunt tres Iohannes. Ita Deus vnus, solus, propter vnitatem identicam: Hic vnus Deus dicitur Elohim, sancti, viuentes: Pluraliter dicitur, Descendamus, faciamus, tres testes, sed non vnitatis respectu, sed Trinitatis, quatenus, in hac vna Dei forma tres sunt sibi aequaliter subsistentes, Pater, sermo, Spiritus.


9. Propter nature, deitatis, potentiae, sapientiae vnitatem, & propter causas identicas quas licet ordine, vno & eodem tamen modo, equali consilio, voluntate faciunt, pater, sermo et Spiritus, in electione, praescientia, praedestinatione, creatione, conseruatione, saluatione, Quia eadem faciunt similiter hi tres, & vnum sunt deitate, vita, voluntate, in causis adorationis, Vnum sunt ergo & in adoratione, Sed sicut ordo operationum est, Ita & adorationis. Pater in Filio Spiritus s. ope per Verbum & fidem adoratur: Sed patre & filio adorato, Spiritus, s. non excluditur. Nam sicut pater vnus solus Deus, praeter & extra filium esse non potuit, & nihil sine filio & Spiritu s. facere potuit, Ita nec adorari sine filio, & Spiritu, s. potest uel potuit.

B

10. Infans

10. Infantes omnes Ecclesie oblatos, qui canes & porci non sunt,  
 in nomine Patris, & Filij & Spiritus sancti baptizandos esse doce-  
 mus: sicut promissio & signatum uel fœdus ad Infantes electos  
 pertinet, & sacramentum circumcisionis infantibus  
 quoq; institutum fuit, Quia sunt mem-  
 brum Ecclesie.

(.) (.)  
 (.)



V  
 ni  
 El,  
 No  
 nec  
 ter a  
 dan  
  
 Est  
 Deu  
 sacri  
 uoca  
 Se  
 mun  
 bis se  
 qui e  
 ritur  
 mun  
 trem  
 finitè  
  
 Vn  
 tres d  
 societ  
 firmat  
 minar  
 pater  
 appelli

11

# BREVIS REFV- TATIO PROPOSITIO- num Melianarum.

I.

Vnus solus deus Creator omnium, pater Domini nostri Iesu Christi est, qui Iah, Iehoua, Elohim El, Schaddai in veteri Testamento appellatur: Non ille Deus infinitus, qui nec Pater nec Filius nec Spiritus sanctus simul est: necq; diuisim aut Pater aut Filius aut Spiritus sanctus, sed tertium quidam, hoc est, Essentia trium.

Si vero hic Iah, Iehoua, Elohim, est ille Deus Essentia trium, doceat nos Melius ex verbo Dei, hic Deus quis sit, quo nomine appelletur in scripturis sacris: Vbi, quando, & à quibus sit propositus & inuocatus?

Secundo, demonstret nobis, quomodo ista communis Essentia, siue Deus Trinus, genuerit, cum nobis scriptura sacra talem proponat Deum Iehouã, qui ediderit promissiones de mittendo, & per Spiritum sanctum cõcipiendo filio. Et iste Deus communis Iehoua, quem nam genuerit, cum extra Patrem Filium & Spiritum sanctum nullus sit Deus, de finitè vel infinite usurpatus.

II.

Vnus ille Deus Iehoua apud Iohannem, non est tres dantes testimonium, sed Pater ille cum quo nos societatem habere dicit, qui lux est, quem Paulus affirmat iussisse ex tenebris lucem splēdescere, in illuminationē gloriæ Dei in facie Christi, qui iustus, & pater noster inuisibilis, & dilectio perfecta ab ipso appellatur,

non sunt,  
esse doce-  
elictos

Primum omnium demonstret nobis Melius ex verbo Dei hanc propositionem: hi tres, pater filius, & Spiritus sanctus sunt vnus Deus. Nos enim in tota sacra scriptura eam non reperimus.

Secundo probet: Illam propositionem: pater verbum, & Spiritus sanctus sunt vnum, aequipollere huic: pater filius & Spiritus sanctus sunt vnus Deus. Longè, n. aliud est phrasi scripturæ sacrae: Hi tres sunt vnum, & hi tres sunt vnus.

Tertio explicet & demonstret, quomodo in subsequenti propositione, Spiritus, aqua, & sanguis sint vnum, & non vnus.

Quarto probet, quomodo ex dubijs & ambiguis locis fundamentum salutis extrui possit. Et si hoc fundamentum est videlicet, quod hi tres, pater filius & Spiritus sanctus sint vnus Deus, vbi prophetae & Apostoli hoc credendum præceperint.

Deinde ad hæc quæsitæ nobis respondeat.

Primò, An possit esse aliquis Deus ex tribus simul collectis constitutus, quia vnus ille Deus Trinus, per se & singulariter consideratus, dicitur trinus Deus simpliciter ratione Numeri, non tãtum ratione vnitatis, & tamen dicuntur tres testes numero differentes, & sic tres coæterni Spiritus.

Secundo, Quomodo vnus Deus, qui est vera substantia, potest ex personis seu proprietatibus, quæ substantia non sunt constitui: Aut, quomodo tres res non substantiales vnã substantiam seu essentiam constituent.

Tertio, si vox Elohim Deos pluraliter significat & hoc de tribus intelligi debet, dicat, Quomodo non sint tres Dii, & quomodo non Tres Dii, in scriptura proponantur.

Quarto

Quarto: Si ille vnus Deus, est Tres testes in vna Dei forma explicet nobis, Quis sit ille Deus, in cuius forma resideant tres illi, uidelicet, pater, filius, & Spiritus sanctus: Nos enim quartum illud idolū quid sit, ignoramus.

Quinto, quā apte argumentetur, agnoscat tandem Melius. Plures, inquit, Dñi esse non possunt (quasi verò mentiatur Paulus, cum inquit: plures sunt Dñi in caelo & in terra.) Ergo oportet pluralitatem referri ad hos testes. Imo vero sic colligimus rectius: Si uox Elohim plures significat, debet Deos plures significare, sicut etiam ezymon uocis demonstrat. At, secundum Melium, non significat plures Deos. Ergo illa uox Elohim vni Deo tribuitur, non tribus testibus cum illi tres testes in vno Deo non comprehendantur, Sed distinguantur à se mutuo.

III.

Scriptura sacra vnum Deum patrem à se ipso existentem inculcat, interim plures quoque esse non negat qui ab illo sint, Non igitur agnoscere, Deum Patrem vnum Deum esse à se ipso, filium vero Deum sanctificatum ad hoc à patre, est confundere scripturā, et distincta in verbo Dei nō distinguere. Vt igitur Melius, asserendo has tres distinctas proprietates in vno Deo, quas hypostases per se subsistentes esse contendit, ex vno Deo tres fabricas, & quem licet eorum per se subsistentem: Ita dum vnū Deum, qui à se ipso est, patrem Christi esse negat, prærogatiuam patris, quam illi omnes Prophete & Apostoli tribuunt, ei adimit, & patrem cum filio confundit, ut manifestum sit, illum nec patrem nec filium habere: quod nihil aliud est, quā oracula

14  
de tribus testibus negare, & ex Patre & Filio Ido-  
lum fabricare

Verum ut debilitatem huius thesis suæ confide-  
ret Melius, ad hæc quæ sita respondeat.

Primum, cum proprietates istæ per se sint subsis-  
tentes, Et quælibet harum trium proprietatum sit  
Deus, Quomodo non tres sint Dñi proprietarij?

Secundo, si ea quæ pluraliter enunciata sunt, de  
vno Deo dicuntur, propter trium testiū distinctas  
proprietates, dicat, Quomodo nō unus ille Deus in  
plures cōuertatur, cum aliud sit Deus, & aliud pro-  
prietas illius Dei; aliud Deus et forma Dei; Et Annō  
tres testes in vna forma Dei quatuor distincta no-  
bis proponant?

Tertio, si pluralis numerus: Faciamus, descenda-  
mus confundamus &c trium testium distinctas pro-  
prietates debet notare, Non ergo vnus ille Deus,  
qui ōnia fecisse solus in veteri Testamento, dicitur  
operat⁹ ē ista, sed illius Dei proprietates distincte.

Quinto, si propter istam pluralitatem actio Dei  
ad plures referri debet, Respondeat Melius, Quo-  
modo veritas scripture manebit, quod solus ille fece-  
rit, & nullus cum eo? IIII.

Paulus Apostolus. Ro. 1, Dominum nostrum Ie-  
sum Christum secundum carnem, filium Davidis  
esse docet, secundū Spiritum vero sanctificationis  
eundem ex virgine Maria natū, filium Dei; non au-  
tem eum, qui ante omnem creaturā seu ab æterno  
genitus sit ex hypostasi Patris, cuius in verbo Dei  
nulla extat firma probatio. Confessionē vero illam  
Melij pugnare cum fundamento scripture sacrae:  
hanc aut, quam nos proponimus, esse certam et fir-  
mā, paulo fusius declarare libet, nō propter Meliū,  
sed propter Ecclesiam.

Si verbi

Si  
su  
Pri  
stina  
vero  
tritu  
dum  
na, p  
quod  
dice  
Desi  
qua  
Mo  
Dau  
Pu  
aliqu  
git, S  
rum,  
Ita  
do te  
liere,  
teri T  
prom  
mis te  
cepti  
etiam  
nume  
uang  
veter  
gelist  
set, si  
deser  
Ips  
nec fu

Si verbi Dei normam sequi uolumus de Christo Iesu veri Dei filio, hanc confessionem nos edere oportet, Primum, quod Christus sit præordinatus et prædestinatus ante mundi fundamenta, Post creationem vero promissus, & Semen Mulieris vocatus, qui contritus erat caput serpentis. Cum autem realiter nondum existeret, variè fuit figuratus sub lege, in Manna, petra, exaltatione serpentis, in Isaaco, Iona &c. Et quod Abrahami & Davidis filius futurus erat prædicebatur,

Designata quoque illi tribus Iuda est, urbs Bethleem, ex qua proditurus erat. Futurus erat propheta similis Mosi, ex fratribus Israelitis excitatus, & ex semine Davidis post mortem eius eductus,

Puer quoque prædicebatur vocandus Deus, non Deus aliquis futurus puer, ut Melius cum Antichristo fingit, Seruus Dei, in quo complacitum Patri, Vir dolorum, afflictus, contemptus &c.

Ita in nouo Testamento, cum iam venisset plenitudo temporis, Deus misit filium suum, factum ex muliere, subditum legi. Cum autem non fuerit sub veteri Testamento Christus ille, nisi in præordinatione promissionibus & figuris: Ideo rectè dicitur, postremis temporibus initium habuisse, & cepisse per conceptionem & natiuitatem ex Virgine Maria: Vnde etiam huius Christi & eius conceptionis anni certi numerantur: & quando coeperit docere & facere, Evangelistæ ordine enumerant. Quod si aliquid in veteri Testamento fecit ille alius Dei filius, Evangelista Iohannes & seipsum, & nos omnes deceptisset, si præter hunc Iesum Christum, eum quoque non descripsisset.

Ipsam quoque vetus Testamentum, quod Christus ibi nec fuerit, nec docuerit, clarissimè demonstrat. Nam

lio Ido  
 confide  
 et sublis-  
 ratum sic  
 etarij  
 sunt, de  
 distinctas  
 Deus in  
 aliud pro  
 Et Annō  
 ncta no-  
 escenda  
 ctas pro  
 e Deus,  
 o, dicitur  
 tincte.  
 tio Dei  
 s, Quo-  
 ille fece  
 rum Ie-  
 Davidis  
 cationis  
 ; non au  
 æterno  
 rbo Dei  
 ero illam  
 æ sacræ:  
 am et fir-  
 r Meliū,  
 Si verbi

16  
Nam post duo millia annorum, neq̄ conterebat ca-  
put serpentis, nec benedicebat. Hæc enim promitte-  
bantur ibi primum, & in nouo Testamento exhibi-  
ta sunt. Act. 3. 1. Tit. 3. Neq̄ miracula vlla fecit nisi  
sub nouo Testamento Esa. 35. Matth. 11. Neq̄ ibi  
fuit vnctus spiritu, neq̄ vlla potestate præditus, nisi  
sub nouo Testamento.

Huic Christo Deus dedit spiritum sapientiæ &  
fortitudinis, de quo prædixerat Esaias. c. 11. Et hæc  
est illa plenitudo deitatis Coloss. 2. quia in eo sunt  
omnia dona Dei corporaliter, uel re ipsa, non figu-  
rate ut sub lege erant. Quare etiam hoc Christo  
iam perfectè à Deo nobis dato & facto contenti si-  
mus, neq̄ alium quæramus. Huic enim Deus dedit  
potestatem vniuersę Carnis, eumq̄ caput fecit om-  
nium; & omnia subiecit sub pedes eius, excepto se-  
ipso, dedit omnem potestatem in cœlo & in terra,  
item nonen supra omne nomen, vt omne genu cœ-  
lestium, terrestrium & infernorum illi flectatur.  
Hunc supra omnes cœlos extulit, gloria honoreq̄  
coronauit, quæ omnia breuibus verbis compre-  
hendit Petrus dicens: Hunc Iesum, quem uos cruci-  
fixistis, Deus fecit Christum & Dominum, hoc est  
vnxit in Regem & Sacerdotem. Certè si fuisset an-  
te aliquis Christus Deus æternus uel Deus per Na-  
tiuitatem, non oportuisset eum donis istis cumulare  
vel facere Dominum & Christum, vel vngere ut  
sit rex. Neq̄ enim simul consistere potest, aliquem  
esse Deum Natura ab æterno & tamen Dominū et  
Regem non esse nisi per facturam seu vnctionem  
collatam ipsi in tempore post natiuitatem.

Hinc verò factum est, vt, cum Mundus audit,  
Iesum à Deo factum esse Christum & Dominum  
vnctum

17  
vinctum esse, sanctificatum, & omnibus donatum,  
reiciat ipsum: honoremque ipsius conculcet, alium  
quaerens, quem Apostoli & Prophetae nunquam noue-  
runt, neque in scriptis suis commendarunt.

Nunc itaque ad haec quaesita nostra respondeat Melior.

Primum, Cum is, qui ex semine Davidis secun-  
dum carnem natus est, excitatus sit ex mortuis, &  
per potentiam declaratus filius Dei, Quomodo idem  
ille esse possit, qui ab aeterno genitus est Cum ille  
nec ex semine Davidis natus sit, nec ex mortuis re-  
surrexerit?

Secundo, Cum ista duo, videlicet, ex Semine Da-  
uid natus, & ante omnem creaturam genitum esse  
vni soli non conveniant, sed ad plures referantur,  
quomodo de vno & eodem Deo dici possint?

Tertio, Cum genitus ante omnem creaturam,  
& idem genitus ex semine David, sit bis genitus,  
Quomodo filius Dei Unigenitus dici possit, cum  
unigenitus bis genito diametraliter opponatur.

Quarto, Cum Pater sit proprietas in illo Deo  
communi, quae non generat, sed est vis & potentia  
in generante & generato, Quomodo filium gignere  
potuerit?

Quinto, Demostret nobis, quomodo filius ille  
Deus dici possit, cum nihil aliud sit, quam proprie-  
tas illa ante omnem creaturam genita, & postea in  
vtero virginis incarnata, Cum persona nec substan-  
tia, nec Deus verè esse dicatur, sed proprietas in Deo

V.

Scriptura sacra hominem Iesum Christum vir-  
tute altissimi in vtero virginis Mariae conceptum,  
splendorem gloriae appellat, characterem substantiae  
Imaginem & formam Dei. Puer natus vocandus

C erat Deus

erat Deus, & non contra, aliquis qui Deus prius esset, futurus erat puer, Hic cum sit iustus omnipotens Christus & Dominus, moriendo expiat peccata nostra, Resurgendo dat nobis vitam, & donum Iusticiæ per Spiritum sanctum suum.

Verum ut Meliana Sophismata intelligantur, Respondeat. Quomodo filius Dei factus sit filius hominis & non contra filius hominis factus sit filius Dei.

Secundo, An non propter passionem & mortem inferior factus sit angelis, & factus sit caro, non autem propter incarnationem.

Tertio, Quomodo series Narrationis in 1. cap. Euāgelij Ioannis sibi constare possit, si secundum Antichristi doctrinam, hic Christus ante incarnationem docuit, sermo fuit, deus fuit, miracula fecit, viuificauit, Illuminauit, in Mundo fuit, mundum fecit, hoc est, cœlum terramq; creauit.

Quarto, Si filius Dei factus est filius hominis per Incarnationem Quomodo conceptio et Natiuitas Christi esse potuerit initium omnium bonorum eius? Tunc enim promittitur vocandus Emmanuel Tunc nascituro promittitur regnum æternum, Tunc datur nomen Iesu &c.

Quinto, Respondeat, Num propositio hæc: verbum factum est caro, seu filius Dei factus est filius hominis, postquam duarum naturarum unio facta est, vera esse possit, nec ne. Item An panis post consecrationem corpus Christi esse possit, aut saltem vniri, ut simul sint panis & corpus Christi Et An nō Incarnatio & Impanatio idem habeant fundamentum.

#### VI.

Vtrumq; verbum Dei damnat, videlicet, negare secundum.

secundum Adamum de coelo coelestem esse, & panem verum, qui de coelo descendit, esse carnem Christi: Et perperam Individuo aut hypostasi in diuinitate tribuere descensionem de coelo, missionem &c. Imo haec, etiam secundum Antichristi doctrinam hypostasi diuinitatis minime conueniunt proprie loquendo. Et negare Iesum Christum ideo esse filium Dei unigenitum, quia per Spiritum eius sit conceptus, unctus, & sanctificatus, cum scriptura aliam causam, quod Dei sit filius, nullam assignet, quemadmodum Ioh. 10. ipse Christus explicuit, & Act. 2. Petrus, est veritatem scripturae sacrae invertere.

Cum autem Melius impudenter affirmare audeat filium Dei non esse factum in terris per conceptionem & unctionem, in luce aperta caecutit. Nam ideo esse Dei filium, scriptura his phrasibus explicat quia de Spiritu sancto conceptus sit, illo unctus, quod super illum requieuerit Spiritus sapientiae, Intelligentiae, consilij, fortitudinis, scientiae & timoris Domini. Et Ioh. 1. super quem videris spiritum sanctum descendentem, & super eum manentem, hic est ille. Item in eo habitat plenitudo Deitatis, quod idem ualet. A Spiritu in desertum ductus, in Spiritu Dei omnia egisse dicitur Christus, eiecisse daemona &c. quare etiam pharisaeos praemonuit, ne peccarent contra Spiritum sanctum, videntes eius opera admiranda, per Spiritum obtulit se immaculatum Deo, per Spiritum Dei a mortuis resuscitatus, & demonstratus est potenter esse Dei filius.

Destitutus tandem verbo Dei Melius, imo videns, Filium Dei esse illum qui per Spiritum s. conceptus est argutia quadam Sophistica simplicioribus fucum facere contendit; Quasi vero non aliud sit, in

prius es-  
omnipo-  
t peccata  
num lu-  
gantur,  
s sit filius  
s sit fili-  
& mortē  
non au-  
ap. Euā  
m An-  
ationem  
yiuifica-  
cit, hoc  
inis per  
Natiui-  
onorum  
manuel  
ernum,  
aec: ver  
st filius  
o facta  
st con-  
saltem  
An nō  
amen-  
negare  
ndum.

veteri Testamento adorare & inuocare vnū Deum Patrem, & extra eum neminem: Et in nouo Testamento hunc filium in tempore conceptum & natū adorare, in illum credere, & illum glorificare, Cum hoc sit præceptum & voluntas Dei Patris, Et cum Filius hic non sit extra Patrē, sed Pater in ipso manens faciat opera.

Si vero Melius adeo urget, Ante me & post me nō erit Deus, Facile dabimus illi, quia talis à seipso Deus, autor omnium, nec ante illum fuit, nec post illū, futurus erat Quod aut falsū sit axioma Melij Ea dē elogia tribui Patri et Filio: Elogia ipsa ex verbo Dei collecta demonstrant, de quibus alias fusius.

Verum ut vanitas Melij appareat, qua veritati diuine insidiatur, his quæ sitis nostris respondeat.

Primū si Christus ante carnem assumptam nihil aliud, quam proprietas est, uel filius patris, Quomodo Deus est: cum proprietas non sit Deus, sed vnus tantum sit Deus, tribus constans proprietatibus.

Secundo, Cum Christus Iesus nullo modo sit ille Deus trinus, sed vna tantum persona uel proprietas ipsius, Quomodo Deus esse potest: cum non sit Melio alius Deus, præter eum, qui constat tribus proprietatibus.

Tertio, Quomodo Christus verus Deus esse & dici possit, cum Pater eius, qui illum ab æterno genuit, ut Melius cum Antichristo somniat, & illum in mundum misit seu legauit, non sit ille verus vnus Deus, Sed vna persona, relatio siue proprietas illius Dei communis.

Quarto, si Christus ideo nec Deus nec Dei filius est, quia in tempore accepit diuinitatem, Quomodo pater verus Deus esse possit, qui in tempore se Deū esse.

esse declaravit, exerta diuinitatis suæ potentia:

VII.

Spiritum sanctum esse Iehouæ spiritum, & non Iehouam Spiritum, ex Verbo Dei manifestum est. Non ludat argutis Melius, sed probet literaliter, alicubi Spiritum sanctum dici & appellari Deum. Si enim Deus est, hoc nomine insigniatur oportet. Multo minus vero probabit, eum vna cū Patre & Filio adorandum esse: & quod pater, filius, & Spiritus sanctus in scriptura vnus dicantur. Nec ludat in illo: Hi tres vnum sunt, cū longe aliud sit, Tres esse vnum Deum, quam, Tres esse vnum, Vt taceamus quod pleriq; libri legunt: In vnum sunt. Si enim nō licet addere aut adimere verbo Dei, dignum est eos pro anathemate habere, qui dicunt, tres vnum esse Deum, Cū Ioannes non dicat, Tres vnum esse Deū, sed simpliciter: Hi tres vnum sunt. Neq; valet consequentia: Ea opera, quæ tribuuntur patri & filio, tribuuntur etiam Spiritui sancto. Ergo Spiritus s. est vnus ille Deus, qui est Pater & Filius. Nam & operationis diuersitas monstratur. Deus enim est qui nos obsignat, vngit & confirmat per Spiritum s. At Spiritus sanctus non vngit nec confirmat nos per Patrem: vnde & differentia operationis manifesta est, & discitur, quid sit: Spiritum sanctum docere, vngere & confirmare, Nam illud Deus Pater per Spiritum suum facit.

Quod præterea infertur: Si Patris & filij diuinitas per vocabulum Spiritus confirmatur, æquum esse, eodem elogio communiter & propriè prædicato, Spiritus s. quoq; diuinitatē confirmari. Ad id respondemus: Non esse eandem rationem subiecti & prædicati. Ideo enim Deus Pater Spiritus dicitur.

C 3                      quia est

Deum  
 Testa-  
 & natū  
 re, Cum  
 Et cum  
 pso ma-  
 post me  
 à seipso  
 c post il  
 Melij Ea  
 x verbo  
 fusius.  
 veritati  
 eat.  
 nihil  
 quomo  
 d vnus  
 us.  
 sit ille  
 prietas  
 sit Me  
 s pro-  
 esse &  
 no ge  
 illum  
 s vn9  
 illius  
 filius  
 modo  
 Deū  
 esse.

quia est pater et autor spirituum à quo omnia sua esse habent: & propter huius Spiritus plenitudinem, quæ in Christo est, Christus Deus, & Filius Dei dicitur. Ipse Spiritus Deus dici non potest, cum sit dei spiritus. Si enim ipse Deus est, Dei Spiritus esse non potest. Verum ut huius quoque doctrine falsitas nota fiat, ostendat Melius, se habere Deum aliquem. Nos enim videmus, illum Deum trinum, quem hac propositione defendit, nullum esse, quia vnus ille Deus trinus per se & singulariter consideratus, dicitur vnus Deus simpliciter ratione vnitatis & conformitatis. præterea ratione Vnitatis, Pater Filius & Spiritus sanctus, essent tres res substantiales intelligentes, numero differentes, & coæterni spiritus vna deitate coniuncti: & sic tres proprietates vnius Dei communis esse non possent: aut quomodo sint nobis demonstret.

### VIII.

Prærogatiuam Dei Patris, & scripturæ veritatem tuentur, quicumque docent, vnum & tres non posse de eodem dici subiecto. Affirmatiuè enim & negatiuè hæc veritas in scriptura sacra proponitur, quæ infringi nunquam poterit: Quod vnus solus sit Deus & non plures. Et tres testes non esse Deum Trinitatem, iam supra probatum est. Et si quando pluralis numerus in phrasibus, quæ Deo tribuuntur in verbo Dei habetur, non ad pluralitatem personarum in Trinitate, sed ad vnius Dei patris potentiã & sapientiam demonstrandam refertur, Et mysterium illud promissi & futuri Christi in se continet. Et cum anima & corpus duo sint distincta, duo etiam re ipsa constituunt, videlicet, Internum &, ex  
 ternum

ternum hominem: ideoq; exemplum illud non probatres esse vnum Deum.


IX.

Non vno modo, nec æqualiter agunt, pater, sermo & Spiritus sanctus, in Electione, præscientia præordinatione & saluatione. Nam pater præordinat, eligit & saluat in filio & per filiū non contra Sic spiritu sancto Electi obfirmamur, & saluamur à Patre per Spiritum; & non è contrario. Sic nec adorationis rationes sunt eadem & æquales. Filius enim adoratur cum introductus est in orbem terræ iuxtamandatū & voluntatē Patris. At pater non tunc saltem, nec eodem modo. Et quemadmodum in veteri Testamento vnus solus Deus pater adoratus est iuxta illud: Dominum deum tuum adorabis & illi soli seruias: Sic in nouo Testamento adoratur non solum pater, sed & filius, quia per ipsum habemus accessum ad patrem.

X.

Qui infantes baptizandos esse docent, Institutionem Christi inuertunt, & Antichristi figmenta sequuntur. Neq; discernunt vetus Testamentum à Nouo, Neq; intelligunt quid sit Circumcisio & quibus data. Neq; fundamentum salutis nostræ per omnia cognitum habent, neq; puritatem doctrinæ Sacramentorum inquirunt.

Ad reliquas propositiones nihil respondemus cum nec ad fundamentum salutis nostræ res illæ pertineant, & minus necessarias iudicemus, quam de quibus inuidiose disputari debeat.



THESES

**T H E S E S**  
**IN DISPVTATIONE PROXI-**  
**ma Wafarhelij excutienda. 5.**  
**Septembris Anno,**  
**1570.**

I.

**C**um Petrus Melius toties viua uoce & scriptis à nobis pudefactus sit, & præter sarcasmos, calumnias & futiles syllogismos, in suis famosis libellis habeat nihil, dicimus, ne syllabam quidem in his reperiri, quæ Scalpello merito non indigeat, idcirco nos probaturos pollicemur.

II.

Trinitatis, personarum Essentiarum, proprietatum, Iehoualitatis, Incarnationis, vnionis hypostaticæ, & Idiomatum Communicationis uocabula omnia prophana esse, totamque illam Antichristi de trino Deo & Christo duplici doctrinam tanquam execrabilem philosophiam detestandam esse & ab Ecclesia Domini exterminandam: Summa quidquid Rhetores aut Theosophistæ de vno Deo, vnico eius Filio, & Spiritu sancto, uocibus aut orationibus extra Dei Verbum commenti sunt, mera esse anathemata pronunciamus.

III.

Regulas quoque illas de operibus ab Extra ab Intra, & quod, quotiescunque Deus opponitur Creaturis, aut indefinitè profertur, semper tres simul personas complectatur, monstruosa hominum figmenta esse prædicamus.

DE VNO

*J. v. G. &c.*

re  
 pa  
 fe  
 ne  
 ft  
 Sp  
 fir  
 In  
 ca  
  
 etu  
 me  
 li  
 fur

# DE VNO DEO PATRE CHRISTI.

i. Reiectis horrendis & portentosis Antichristi  
Idolis breuiter cum Paulo defendemus vnum esse  
Deum, qui est Pater ille, ex quo omnia, in omnibus,  
& super omnia, & Pater D. n. Iesu Christi .i. Cor.  
8. Ephes. 4. i. Pet. i. Ioan. 8.

ii. Hunc vnum Deum Patrem solum & absq; co-  
adiutore vlllo, iussu siue spiritu, & potentia sua, visi-  
bilia omnia & inuisibilia, sapientissimè creasse: Imo  
ex eodem spiritu quoq; filium vnigenitum nouissi-  
mis temporibus & non antea, in utero virginis con-  
ceptum, ex semine Dauidis, iuxta promissionem  
eduxisse Christumq; & Dominum fecisse, docem9.  
Ps. 86, Esa. 37: Matt. i. Luc. i. Act. 2.

iii. Hunc vnum & solum Verum Deum Patrē  
Christi, non per semetipsum, aut per filium aliquem  
realiter existentē, sed per opera manuum suarum,  
per Angelos & Prophetas sub veteri Testamento,  
se operante spiritu suo, patefecisse dicimus.

iiii. Hunc solum & verum Deum Patrem Chri-  
sti, quicumq; non adorat, & inuocat per filium in  
Spiritu sancto: eum Idololatram rectē censerī con-  
firmamus. Vnde etiam probabimus, Deum illum  
Indefinitum & Trinitarium non posse inuocari, cū  
careat filio Mediatore, & sanctorum exemplis.

## DE FILIO DEI VNIGENITO Iesu Christo.

I.

Iesum Christum Nazarenum, virum illum ele-  
ctum à Deo, cuius diuinitatem conceptio è Sp. s. de-  
monstrat, vnigenitum filium esse Altissimi illius ce-  
li & terre Creatoris, præter quem alius non est nec  
fuit unq; ex purissimo Dei verbo defendemus.

D APPEN-

O XI-

Scriptis  
calum-  
is libellis  
in ijs re-  
idc3 nos

pro-  
onis hy-  
nis voca-  
Antichri-  
nam tan-  
dam esse  
Summa  
no Deo,  
aut orati  
mera ei

Extra ab  
r Crea-  
mul per  
gmenta  
VNO

Diut. 18. v.  
2 Cor. 2. v.

## APPENDIX.

Eorum autem opinionem falsam esse demonstrabimus, qui ante carnem, filium Dei aliquem reuera existentē scripturam nobis aliquādo annūciasse putāt.

## II.

Hunc hominem Iesum, de Spiritu S. conceptū, à patre sanctificatum, & missum in mundum filium Dei vnigenitum, prædicamus Deūcenseri, eo quod Deitatis suę rationem habeat & causam.

## Appendix.

Errare igitur necesse est, qui Christum Altissimum esse, hoc est ut ipsi loquuntur, natura Deum, aut à seipso diuinitatem habere contendunt, Cum sit factus Christus & Dominus à patre, ab ipso constitutus in cœlestib9, ac gloriam & honorem acceperit.

## III.

Hunc hominem Iesum apud Deum præcognitum ab æterno fuisse, & ante omnia secula mundo præordinatum: patribus vero promissum tantum & variè adumbratum, nuncq̄ autē uisum aut cognitū: Nobis vero, nouissimis demum temporibus, exhibitum esse, & promissionis ac officij ratione, uerbum à Ioanne appellatum, ostendemus.

## Appendix.

Hallucinantur igitur, qui filium Dei ab æterno genitum aut omnibus modis æqualem patri, *ὁμοῦσι* uel secundam aliquam personam fuisse, credunt.

## III.

Eundem Hominem Iesum Christum, Dei & hominum Mediatorem esse, cum Paulo adserimus.

## Appendix.

Qui uero binas easq̄ genitas naturas in Christo defendunt, & alteram absq̄ patre, alterā absq̄ matre esse

27  
tre esse docent: duos genitos filios inducere, & mera  
proponere figmenta probabimus.

V.

Hunc Iesum Christum Nazarenum, Secundum  
carnem Davidis, secundum vero potentiam, & Spi-  
ritum sanctum, Dei filium declaratum, Deum, &  
dominum nobis factum à patre, dicimus inuocan-  
dum & adorandum esse, non tanquam Deum Patrem:  
Sed tanquam eius filium, & Mediatorem nostrum, in  
quo cum omni plenitudine per Spiritum suum san-  
ctum ipse habitat.

Appendix.

Quicumque hunc Dei filium Iesum, Altissimum,  
aut *αὐτὸ θεὸν* id est à se ipso Deum dicunt, & veluti pa-  
trem inuocant & adorant: eos altissimi Dei patris  
prærogatiuam & dignitatem impiè conculcare, &  
contra mentem Christi facere, pronunciamus.

### DE SPIRITV SANCTO.

Spiritum sanctum Dei Patris virtutem, poten-  
tiam & donum esse, ab eoque nobis dari per filium,  
ut illuminemur, edoceamur ad ea, quæ Dei & Chri-  
sti sunt, & defendamur, credimus.

Appendix.

Non fuisse verò, iuxta Antichristi doctrinam,  
Individuum aliquod, aut personam tertiam in Tri-  
nitate, aut Essentiam indistinguibilem: nec fuisse a-  
liquando inuocatum aut adoratum, confirmabimus.

Infantes non esse baptizandos dicimus cum quia  
pro Infantibus baptismus institutus non est, tum  
quia sic inuertitur Christi institutio, & verbum illi-  
us summa cum contumelia prophanatur.

Vége

Néms logon:

2